

Quot¹ bona sperantur provenire de pace, hii satis intelligunt, qui discrimina guerre senserunt². Cum ergo illorum, qui pacis sunt³, vicem geratis in terris pro Deo et salute populi⁴, sic ea, que ad pacem sunt, sanctitas vestra provideat, ut non irrita fiant, que de nostris⁵ labiis processerunt⁶. Ad hec liceat in pagina missa⁷, pater reverende, ut apud Deum in commisso michi negocio suffragia⁸ mittencium impetraret⁹, quod missi¹⁰ meritis non debetur. Ceterum multi sunt clerici, qui nituntur impedire concordiam, consueti fecondius in aqua turbata piscari.

86, f. 42', col. a. Thomas von Capua verspricht Gregor IX., sich seinem Auftrage zu fügen, bittet ihn aber, zu verhüten, dass er als Wortbrüchiger erscheine. 1229, Dec.

De nolente volentem me fecit vix¹¹ mandati, et quem in processu providi sencio in mora rigorem. Verumptamen fiat voluntas vestra, non mea, quinimo meum est velle quod vultis, dummodo paternitas vestra provideat, ut obediencie filium, quem misistis, illa macula non aspergat, quam¹² etiam laicus mei generis non contraxit.

87, f. 42', col. a—b. Thomas von Capua meldet einem Freunde, dass er sich bei Friedrich II. in seiner Sache verwendet habe; schickt ein kaiserliches Schreiben ein. 1229, Dec.

Receptis litteris vestris, super hiis que continebantur in eis pro . . scripsimus imperatori que vidimus expedire, et tenorem litterarum vestrarum, quibusdam subtractis que subtrahenda videbam, pp . . litteram¹³ misi in quadam cedula interclusam. Quid autem imperator circa illa preceperit hiis, qui in terra dicti — —¹⁴ obsident, vestra prudencia colligat ex litteris, quas ab ipso recepi.

88, f. 42', col. b. Thomas von Capua schreibt einem Cardinal, dass er das Misstrauen des Kaisers gegen die fried-

1) Die Worte bis 'processerunt' auch im Vindob. Cod. Philol. 70, f. 46'. 2) 'senciunt' Phil. 3) 'illius, qui pacis est auctor' Phil.; besser. 4) 'populi Christiani' Phil. 5) 'vestris' Phil. 6) Es folgt ein Zeichen, wie es wohl in Handschriften bei Beginn eines neuen Absatzes gesetzt wird. Vielleicht gehört der Rest nicht zu diesem Schreiben, doch würde es auch einen guten Sinn geben, wenn man nur das Stück bis 'debetur' eingeschoben denkt. 7) 'supplicare' scheint zu fehlen. 8) Wohl 'suffragio'. 9) Wohl 'impetrarem'. 10) 'missis' c. 11) Lies 'vis'. 12) 'q' c. 13) Anscheinend 'et . . pape litteram'. 14) Zwei Striche, nicht Punkte.